nibus. relinquit qd cōmensales illius cene habendo deū habebunt omnia bona. Quia dicit Augustin⁹ libro. xij. de ciuitate dei. In illa eterna beatitudine quicquid amabit aderit. nec desiderabis quod non aderit. Omne quod erit ibi bonū erit. Ideo qui habet eternā beatitudinē pot dicere illud. Ps. vii. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa. s. beatitudie Tertium ferculū patris est voluntatū & desiderioꝝ omniū impletio. Si. n. illud manna figurale reddebat in ore cuiuslibet saporē quez volebat. ut dicit Origen⁹. sup Exo. omel. vii. quod August. in libro retractat. dicit esse verum de illis quorum voluntas erat cōformis voluntati diuine. non autem in illis qui cibum fastidiebant: dicētes. Anima nostra nauusat sup cibo isto lenissimo. quia appetebat cepas & pepones. & sedere sup ollas carniū quas dimiserat in egypto. quanto magis deus pater i illa cena celesti replebit bonis desideriū cuiuslibet beati. qz om̄s ibi pformes sūt om̄imode diuine volūtati. Ideo dicit ps. cij. Replebit i bonis desideriū tuū. Hec tria fercula dei p̄pis aplūs. Paulus in raptu qd ammodo p̄gustauerat cuz dicebat. s. Cor. ij. Oculus non videt nec auris audiuit nec i cor homis ascēdit quāta p̄parauit dñs diligētibus se. Ocul⁹ non sufficit videre tante visionis claritatē. nec auris audire tantā bonorum om̄i veritatē. nec cor cogitare tantā voluptatē & desiderioꝝ satietatem. Hcdo filius sūt apponet tria fercula. Primum ē caro mūdissima. de qua Joh. vij. Caro mea vere ē cibus. Hanc carnē spūaliter sancti manducat ut vitam eternā in se habeat. iuxta illud Joh. vij. Nisi māduaueritis carnē filij hois. non habebitis vitā in vobis. Secundū ferculū est anima sanctissima que est om̄i pulcritudine plena que summe sanctos recreabit. Tertiū ferculū est diuinitas infinita. & hec est qd pulmentū delicatissimū & suauissimū qd mīro mō reficiunt̄ sancti. pulmentū hoc est de quo dñs post resurrectiōnē interrogauit discipulos Joh. xxij. dices. Pueri nūquid pulmentariū habetis? & illis dicētib⁹ se non h̄re. dñs parauit eis cū magna copia pīscium multitudinē. significās illud pulmentū qd ipse erat eis i eterno cōuiuio largitur. Tertio spūssanc⁹ apponet etiā eis tria fercula i celesti cena. Primum est dulcedo diuine fruitionis. de qd Eccl. xxij. Spūs meus sup mel dulcis. Et i ps. xxx. Quā magis multitudo dulcedis tue dñe. hec dulcedo oēz dulcedine creatā facit insipidā. iuxta illud Crysol. Non habet sup terrā quod amet qd donum celeste gustauit. Hcōm ferculū ē vinūz eterne letificationis. de quo ps. cij. Vinum letificat cor homis. Tertiū ferculum est fruct⁹ suavis degustationis. qui sūt charitas. gaudiū. pa-

# Dñica secūda post Trini.

7 bonitas. ad Galath. v. Et qui hos fructus spūsancti habent. hic in quadam p̄gustatione et inchoatione future beatitudis. illuc autē in cena beatitudis plena fruitioē degustabūt  
12 et tantū de ferculorū multiplicitate. Quintū quod magnificat cenam corporalē est mistrorum urbanitas et honestas. quia dī Hester. s. q̄ rex Assuerus preposuit mensis singulis de principib⁹ suis ut sumeret vnuſquisq; quod vellet. ita celestē cenaz magnificant honestas et urbanitas mistrorum. nā verus Assuer⁹ deus pater beatitudo omniū electorū preponit mensis suis xp̄m qui est princeps pacis Esa. ix. Qui precinget se et faciet illos discumbere. et trāiens misstrabit eis Luce. xii. Et non soluz p̄posuit xp̄m principē mensis suis. sed etiam principes apostolos. pphetas. martyres etc. de quibus dicit Lyprianus in lib. de moralitate. Qualis inquit illuc celestū voluptas si ne timore moriendi et cū eternitate viuendi q̄ summa et ppetua felicitas. illuc apostolorū chorus glorioli. illuc pphetarum exultat numerus. illuc martyru innumerabilis populus ob certamis et passionis victoriā coronatus. illuc triumphantes vrgines. illuc remunerat miseri cordes. Ad hos autē fratres dilectissimi nuda cupiditate pperem⁹ vt cū his cito ad chriſtum puenire cōtingat. hec ille. Ecce q̄ vrbanos et q̄ honestos deus pater i suis mēsis habet mistros. Sextū quod magnificat cenā corporalē est cantorū et musicorū instrumentorū iocunditas. quia legit Luce. xv. q̄ pater filio prodigo fecit prandiu mactans vitulū sagittatum. ordinās symphoniam et choz. sic celestem cenā magnificat cantorū iocunditas. ibi vigitiquatuor seniores i conspectu throni tenēt cytharas et cantant canticū nouum Apocal. v. Ibi angeli iugiter cantant. Sanctus sanctus sanctus domin⁹ deus sabaoth Esa. vij. Et nō solum cantat hoc angeli. sed omnes innocentes. et qui fuerunt hic penitētes. sicut testatur Bonauētura dicens. Quid putas tūc erit gaudiū de triumpho. cum post deuictū munduſ submerso Pharaone cū exercitu suo in mari rubro tenentes omnes electi tympanū et cho rum cū Maria psallentes et cantantes laudantes et bñdicentes dominū vna voce dicentes Canteamus domino gloriose. n. magnificatus est. Tunc cōstituent duo seraphin. hoc ē duo chori electorū. scz innocentes et penitētes clāmant alter ad alterū. Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth. quasi dicerent. Sanctus deus pater qui nos a mundo et a carnis ferculo et a diabolo tā potenter liberauit. Sanctus deus filius qui i nos a pena et a culpa tam sapiēter iustificauit. Sanctus deus spūs qui nos tā clemēter ab eternis tormentis pser-

uauit. plena est omnis terra gloria eius q̄ nos de mūdi miseria ad celestis regni gaudia euocauit. Et subdit. O anima inq̄ qualis erit tibi dies illa cum ad hanc tā felicē choreā fuerit assumpta. et cū omne quod i terra pie sustinuiti conuerteſt in eternū iubiluz. tunc de omnibus his laudabis dñm deū labiſ exultatiōnis dicens. Misericordias dñi in eternū cantabo hec ille. De cantoꝝ horū iocunditate vide plura vbi dixi in opere de sanctis. videlic⁹ sermo ne. iij. de omnibus sanctis. Vides Jesus turbas. Septimū qd magnificat cenā corporalē est luminariū et cereorū copiositas. nā intenebris cenare nō decet. piculosumq; ē ppter muscas ita celestē cenam magnificant multa luminaria spūalia quoꝝ pncipalius ē deus. ex cui⁹ lumine oīs recti illuminantur. ppter quod dicit. b. Jobes in Apoc. xxj. Civitas illa nō eget sole neq̄ luna. vicz illuminatōibus corporibus ut luceant in ea. qz claritas dei illuminabit eam. et lucerna eius ē agn⁹. Hūt et alia infinita lumenaria. nā quorū ibi sunt sancti et iusti. tot sunt lumiōsi cerei. qz quilibet spūs lucet i cena dñi ut patuit supra. Octauū quod magnificat cenā corporalem est appositorū summa delitiositas. nam in p̄adīo dānū grossa. in cena vero de licatiōra. ita celestē cenā magnificat appositorū summa delitiositas. qz in illa cena ut dicit Hiero. cibus intererit ille agnus bñssim⁹ mūdus. delicatus Jesus filius dei p̄ris. et Maria virginis. de quo sc̄is spiritibus misstrabit ad omnē sufficientiā fercula nobilissima d̄ ipsius cādidissima bñanitate et excellētissima sua diuitate. O q̄ beati sunt q̄ ad cenā agni vocati sunt. Ibi. n. inebrīabunt ab vbertate dom⁹ dei. et torēte voluptatis eius potabunt. et nō solū xp̄s apponet summā delitiositatē. s̄ etiā Maria mater eius et om̄s sancti angeli et electi. Nā de Maria dicit Bonauē. q̄ cum sua iocūda atq̄ delitiosa visione mirabiliter om̄ spirituū mētes letificat. et miro atq̄ ineffabili gaudio oēm beatā creaturā inebriat viderellius celest⁹ regine claritatē. Et idē tractans illud Job. s. Septē filij Job cōuiuia faciebant q̄libet in die suo. vult q. vij. ordines sanctorū vicz angeli. p̄iarche. pphete. apostoli. martyres. p̄fessores. vrgines. faciunt cōuiuia et apponunt delitiosa. et dicit. Filij hi cōuiuia vnuſq; i die suo faciūt. qn̄ seiuicē suis celestibus gaudijs pascunt in quo d̄ meritis suis singuli iuxta sibi datā gloriam fercula delitiosa sibi p̄pināt. Et subdit hoc specialiter d̄ angelis. Prima inquit die p̄mogenitus. hoc est ille celestū angelorū numer⁹ q̄ nō imerito nomine p̄mogeniti nūcupat q̄ p̄ores sūt creatōne et p̄uersione ad deuz a quo nunq̄ recesserunt p̄ peccatuz. sed semp immobili charitate deo

patri adheserunt. et illam beatam hereditatem  
celestis regni omnibus homines possederunt. **I**sti  
enim in conuiuio suo diuersa fercula et delicio-  
sa propinant. **V**nasquisque ordo eo quod excellen-  
tius accepit in numero gaudia spūlia am-  
ministrat. **E**t subdit ostendēs hoc dī singulis  
ordinibus. **I**ā inquit o anima cogita quale fer-  
culū tibi p̄pinant illi summi spūs seraphici or-  
dinis. quod adeo vicini illi eterno patri sunt. quod in-  
ter ipsos et hūc nulli alij spūs inēsunt quod ipsum  
immediatus p̄teplanū. et suis bonis eēnis p̄/  
fectius p̄fruānt. quale putas p̄pinat gaudiū  
dī nature sue nobilitate. quale dī contēplatiōis  
claritate. quale dī dilectionis sinceritate. hi q̄ q̄  
seraphim noianū illud p̄uiū ordināt ardore  
diuine charitatē. **C**herubim splēdore elne clari-  
tatis. **T**hroni eq̄tate diuine maiestatis. **D**ominatōes dī dīnandi sup eos excellētia. **P**rin-  
cipalē de p̄cipiēdi inferiorib⁹ magnificētia.  
**P**rátes de aucte malignos spūs coercendi.  
**G**irtutes dī p̄tate miracula faciēdi. **A**rchage-  
li dī dignitate supiora nūctandi. **A**ngeli de di-  
gnitate minora diuine scie secreta reuelāti. **H**  
ille. **N**onū quod magnificat cenā corpalem ē  
cene diuturnitas. nā a labore expediti cenā p̄  
trahit. **L**ibus. n. cito sumptus nocet p̄tra no-  
cē. **J**o dī Hester. j. quod p̄uiū assueri durauit  
vij. diebus. sic et cenaz celestē magnificat diu-  
turnitas. quod nunq̄ habet finē. quod b̄ti qui habi-  
tātē i domo tua dne in sc̄la sc̄lor̄ laudabunt te.  
**J**o dicit Anf. in psologion. **S**i delectat secu-  
ritas et certitudo. ibi oīm tempoz etna longi-  
tudo. **D**ecimū et vltimū quod magnificat ce-  
nā corpale ē quietis et soperis suauitas. **P**ost  
cenā q̄ est quiescendū. iō lecti eburnei et aurei  
erātī horto. **A**ssueri Hest. j. **S**ic i illa cena cele-  
stierit quietis suauitas. quod dicit Aug. ad Ja-  
nuarium li. iij. **I**n est in illa requie nō desidio-  
sa segnities. sed quedā iuesabilis tranquillitas  
agitōis ociose. **H**ic ergo ab huius vite op̄i-  
bus i fine requiescit ut in alterius vite actioē  
gaudeatur. et hoc ad primū et secundū. **N**uā-  
tum ad tertīū subiungit inuitator̄ pluralitas  
cum dī. **E**t vocavit multos. **U**bi nota Holc.  
lec. cxliij. sup li. **S**ap. c. xj. dicit dī diuis voca-  
tionibus. **E**t ē sciendū. quod tres sūi. i genere. et  
tres i specie. In genere quidē logico vocat h̄o-  
bo. vocat signo. vocat nūcio. sicut volens ali-  
quē ad se vocare vocationē suā p̄t facere tri-  
bus modis. vici p̄ verbū. signū et nūciū. **P**ri-  
mo vocat nos p̄ verbū in filij sui incarnatiōne  
quod verbū caro factū ē et habitabit i nob̄. **J**ob.  
i. **M**isit verbū suū ait p̄s. cij. et sanauit eos  
**S**ed ad hanc vocationē multi venire contēpe-  
runt. i quo rusticitatē suā onerunt. **N**az ma-  
gna fore rusticitas si rex frācie mitteret filiū  
suū ad vocationē aliquē paupem. et ille venire

contēmeret. sic maior sit iniuria si hō vīlis et  
paup̄ h̄bo dei qd̄ ē filius p̄tis inuitāte venire  
p̄tenit. quod tñ freq̄nter videm⁹. vt merito di-  
cat xps Job. xix. **S**eruū meū vocauī et nō re-  
spōdit mihi. ore p̄prio depecabar illū. **O**s dei  
h̄bū ē dei. iuxta illū Cant. j. **D**isculet me oscu-  
lo oris sui. **S**ecundo vocat nos signo. et signū  
illud fuit corpus suum extēsum i cruce. et exal-  
tātū in monte. et rubricatum p̄prio sanguine.  
**S**icut volens reclamare falconē stat i loco ap-  
parēti cū clamatorio rubricato. ita ch̄rist⁹ vo-  
lens hoīem reclamare qui a padiso euolaue-  
rat in infernum. in monte caluarie ascēdit seu p̄  
cessit. in lignū crucis ascēdit. latus sanguio-  
lentū ostendit. voce magna clamauit. vt sic dī  
ipso facto signo hominez reuocaret. et tñ istis  
vīlis ingratissimi homines ad dēū venire cō-  
temnunt. sicut conqueritur dīns Proverb. j.  
**V**ocauī et renūstis. s. venire. extendi manus  
meas i cruce. et nō erat qui aspiceret. **T**ertio  
vocat nos p̄ nūcios. id est p̄dicatorū officio  
cuiuscunq̄ fuerint conditionis siue p̄lati siue  
ordinary siue alij ab ecclia ad p̄dicandū missi  
vel deputati. **H**e isto nūcio dicit in p̄nti euan-  
gelio. misit seruū suū hora cene dicere inuita-  
tis ut veniret. quod parata sunt oīa. **Q**uē locū ex-  
ponēt Grego. dicit. Seruū illū omnē p̄dica-  
torem designare debemus. **U**nū licet tales mul-  
ti sunt sūm diuersitatē p̄sonaz. m̄ vñ debent  
esse fidet et p̄tatis vñione. **H**er hanc horā in-  
tellige finē seculi et vltimā etatē quando chri-  
stus filius apparuit in carne. **H**e illa dicit be-  
atus Jobes. j. cano. u. **F**ilioli mei vltima ho-  
ra ē. In hac hora milit seruū suū hora cene dī  
cere inuitatis ut venirent. nō gressu pedū. sed  
bonis opibus et moribus. **N**ā et si i alijs etati-  
bus homines ad cēnam inuitabantur. nullū ta-  
men ad eam recipiebatur. sed ad lymbuz om-  
nes descendebant. nūc autē vocati sunt. si veni-  
unt recipiunt. quia parata sunt omnia. s. que  
requirebant ad salutē. ut dicit Chrys. **T**otū  
repletū est et adimplētū in scripturis. quod intro-  
itus regni celestis est aptus p̄ passionē xpi q̄  
an̄ fuerat clausus. **H**ec in specie vocat etiam  
xps tripliciter. ostensionibus exemploz. pro-  
missionibus p̄miorum. p̄cussionibus flagello-  
rum. **P**rimo vocat nos ostensione exemploz  
**Q**uotquot. n. nos p̄ viam potētie p̄cesserunt  
vici quot milia martyz. quot milia confessio-  
rum. quot milia virginū. tot sunt milia voca-  
tium. **H**e hac vocationē dicit dīns Jobis. x.  
Proprias oues vocat noīatim et adducit eas  
**H**ac vocationē animaduertēs. b. **P**aulus di-  
cit ad Philippien. iij. **E**a que retro sunt obli-  
uiscens. s. legalia et terrena n̄ dimisi. **A**d ea hō  
q̄ sunt priora. i. ad exempla martyz et. me ex-  
tendens ad destinatū p̄sequor. i. ad premium

## Dñica secunda post Trini.

a deo mihi ordinatum fideliter consequēdūz ad brauium supne vocationis dei in christo ie  
su.i.p christum ielum. Secundo vocat nos p  
missionibus premiorū. Q[uod]ath. xj. Venite ad  
me omnes qui laboratis et onerati estis. et ego  
reficiam vos. Ecce eternā pmittit refectione  
venientibus ad se. sicut diues vocat pauperē  
ostendēdo sibi denariuz. sic vocat nos christ  
tanq[ue] pauperes qui ē diues in omnes. osten  
dendo nobis denariū efnē beatitudinis. Jo  
dicit beatus Petrus. s. canoñ. iij. In hoc vo  
cati estis ut bndictionem hereditate possidea  
tis. Tertio vocat nos pmissionibus flagelloz  
sicut Gaulum q[ui] cadens in terraz dixit. Quid  
me vis facere? Actu. ix. Dic nos quoties in  
firmitatibus fatigamur v[er] aduersitatibus fla  
gellamur et tribulamur toties a deo vocamur  
et hoc etiā dicit glo. sup ps. cxvij. H[oc] flagel  
lat deus inuitat ad hereditatē. noli ē iniquo  
et puerili sensu ut dicas. Cur p[ro] meus pmittit  
fratrem meū facere q[ui]cquid vult plusq[ue] me: q[ui] si  
modicū me ptra iussionē eius mouero. statim  
flagella inuenio. s[ed] potius gaude q[ui] tibi serua  
tur hereditas. ad tps. n. p[ro]cit quos in eternuz  
damnabit. Sed fm Gre gl. mala q[ui] nos h[ab] pre  
munt ad deum ire compellit. Quantū ad q[ui]  
tum ponit pueritas excusator[um] cu[is] dicis. Et  
ceperunt singuli excusare se. Ubi notandum  
sicut vocantur quidam in genere. quidā i spe  
cie. sic etiā qdam se excusant i genere. et qdam  
in specie. In genere excusant se in pctis. suis  
quadruplici peccatores. vt dicit Holcot sup  
libp. Ha[ec]p. lect. clxx vij. Quidam p[ro] laetiā so  
ciatē. quidam p[ro] diuinam voluntatem. qui  
dam p[ro] carnalem fragilitatem. et quidam p[ro] fi  
nalem utilitatem. Drimi dicunt p[ro]munitē quā  
do dephendunt peccasse. Mala societas me  
compulit ad hoc maluz. sicut Adam Gen. iij.  
quando eum dominus de peccato rep[re]hendit  
inobedientie et p[ro]mī fractionis. ait. Multier  
quam dedisti mihi sociam. dedit mihi ligno  
et comedì. Lunq[ue] diceret ad mulierē domin⁹.  
Quare fecisti hoc: illa excusauit se p[ro] serpente  
dicens. Serpens decepit me et comedì. Et ta  
lis excusatio fatuissima reputatur apud iudi  
cem secularem cum concedat facinus et alios  
coaccusat. multo magis apud deū non yalet  
qui mouit humani arbitriū voluntatē. Jo di  
cit Gen. in proverbijs. Omitte excusatione  
nemo peccauit inuitus. fatua etiam est excusa  
tio multorum socioz allegatio. sicut multi di  
cunt. Quare mihi non licet sic facere: sic. n. fa  
cit talis et talis. Contra quos dicit. b. Hiero  
nymus in quadā epistola. Q[uod]ultitudo socio  
rum impunitatē non tollit criminū. omnes ta  
les qui sic se excusat et impenitentes manēt. ad  
cenā celestē nō pueniūt. Sed vbi tūc manēt?

certe in inferno. vbi cū multis sociis nō min⁹  
ardebūt. teste. b. Augus. ij. q. s. c. Multe. Ne  
inquit gaudent q[ui] plures inuenient eis simi  
les. nā pp[ro]terea non min⁹ ardebunt rē. Secun  
do qdam se excusant p[ro] diuinam voluntatem.  
quorum quidam dicunt deū sciuisse peccatu  
ros. et velle eos tales esse nec eis esse imputan  
dum. sed dispositioni diuine et constellationi  
corpoz celestium ascribunt. Et similē dicunt  
sicut deus voluit peccare Adā et Euam. sic et  
nos. et sic volunt deū esse auctore pcti. et ipsuz  
ihoc blasphemāt. Contra quos dicit. b. Au  
gustinus i de fide ad Petru. Firmissime inqt  
tene et nullatenus dubites primū hominē. id  
ē Adam. et Euā inuicerē eius bonos et rectos  
et sine peccato creatos cu[is] libero arbitrio quo  
possent si vellent deo semp humili et bona vo  
luntate seruire atq[ue] obediare. quo arbitrio eti  
am possent si vellent p[ro]pria voluntate peccare.  
eosq[ue] non necessitate s[ed] p[ro]pria voluntate peccasse  
Illoz peccato sic in deterioris mutata huma  
namq[ue] naturā. hec Aug. Ex qbus v[er]bis elice  
tu dei blasphemator q[ui] ipso vult vt tu pec  
ces. s[ed] dedit tibi libez arbitrium quo mediate  
potes facere bonū vel malū. Et si facias malū  
ex voluntate p[ro]pria facis et nō dei. nec etiam po  
tes te excusare p[ro] inclinationē p[ro]stellatiōnū. nā  
licet astra inclinat te ad pctm. nō tū te necessi  
tant. Et sapiens dominat astris. vt dī Dio  
lomeus in almagestis. Et nota q[ui] isti qui se ex  
cusant p[ro] voluntatē diuinam figurātur aliquo  
modo p[ro] Jacob volentē decipe patrē suū cu[is]  
pater inquireret. quomō taz cito inuenire po  
tuisset yn sibi cibum optatū pararet. respōdit  
Voluntas dei fuit vt taz cito occurreret quod  
volebam Gen. xxvij. Isto mō sunt nōnulla sa  
piētes mundi iuri ciuilis pfecti. et i iure freni  
regni triti. qcqd faciūt sciuēt colorare legib[us] et  
munire rōib[us] vt nihil maneat inexcusatuz. Si  
hō velit credere eis. Tales assimilant Diony  
sio tyrāno. de q[ui] narrat Valeri⁹ li. j. c. j. Iste in  
gressus tēpla deoz aureū amictū deo ioui ab  
stulit. et panno eū laneo circūdedit. et miranti  
bus alijs q[ui] aderāt q[ui] sic sine timore deos suos  
spoliare p[ro]sumeret. r[es]ndit q[ui] ad dei sui p[ro]modū  
hoc faceret. nā dixit aureū amictū grauē fore  
in estate et in hyeme frigidū. laneū quoq[ue] pro  
vtrōq[ue] aptū. Idē refert q[ui] esculapeo q[ui] fu  
it barba aurea redimit iussit demi et auferri.  
Lui⁹ rōez assignauit q[ui] appollo p[ro]su⁹ imberb  
eēt. et nō deceret patrē barba carere et filiū ap  
parere barbatuz. Idē dicit q[ui] victorias auro  
as et coronas quo simulacrz porrect manibus  
sustinebanf tollebat et se eas accipe et non au  
ferre dicebat. stultū esse affirmans a qbus bo  
na p[ro]camur ab his porrigitibus nolle sumere  
Isto mō prudētes seculi quātūcung[ue] flagiti

**R**osa habuerint ptra deū et ecclesiā semp colora  
tis rōnibus se excusant. et tales etiam mīme ad  
cenā dei pueniunt. **T**ertio qdām se excusāt p  
carnalē fragilitatē. et dicūt plane blasphemā/  
tesse nō posse a libidib⁹ abstinere complexi  
onē setalem h̄e dicētes. **C**ōtra quos dicit. b.  
**H**iero. i explanatōne fidei. et allegat p magi/  
strū li. ii. dist. xxxvij. c. iiiij. **E**xecramus inquit  
eoꝝ blasphemā q̄ dicunt impossibile aliquid  
homia deo esse pceptum. et mādata dei nō sin  
gulis sed ab omniib⁹ p̄muni posse seruari. **E**t  
paulo post. **E**t tam illos errare dicimus q̄ cū  
**H**anicheo dicūt hoiem p̄ctū vitare nō pos  
se. q̄ illos q̄ cum Iouiniano asserūt hominez  
nō posse peccare. **E**t dicit m̄gr. **E**cce hic **H**ie  
ro. dicit errorē esse si q̄s dicat hominez vitare  
p̄ctū non posse. **S**ed diceret aliq̄s. tñ **A**ug.  
dicit quedam necessitate fidei nō posse vitari.  
ergo et libidinē quidā nō possunt vitare. et cū  
illud **A**ug. dicit yideſ illud esse erroris quod  
tradit. aut nō esse verū quod **H**iero. ait. **R**ū/  
det magister vbi. s. ad quod p̄t dici q̄ **A**ug.  
dicit h̄m statuim huius miserie ad quem perti  
nit ignorantia et difficultas. et idē ait i lib. de  
libero arbitrio. que ex iusta damnatōe descen  
derunt illud tradidit. vbi et venialia inclusit.  
**H**iero. vñ tñ d̄ mortalibus p̄ctis loqtur que  
vnusq; p̄ gratia illuminatus vitare potest seu  
valet. nam p̄ctā venialia vitari nō possunt. p  
pter quod dicit. b. **J**ohannes i p̄sona aposto  
lorum. i. canon. c. i. **H**i dixerimus q̄ p̄ctū nō  
habemus nosipsoſ seducimus. et veritas i no  
bis non est. **I**deo dicit **A**ug. quedā vitari nō  
posse. non autē dixit hoc de libidine fornicati  
onis quod ē peccatū mortale et damnabile. iu  
xta illō apostoli. i. Coz. vij. **N**olite errare fra  
tres. qm̄ neq; fornicari necq; adulſi neq; mol  
les regnū dei possidebunt. **E**t ad **H**ebr. xiiij.  
**F**ornicatores et adulteros iudicabit dñs. id ē  
condemnat h̄m glo. **I**deo si dicas te nō pos  
se abstinere a libidine. scias te ppter h̄ penas  
etinas pati debere. nec ad cenam celestē posse  
puenire. **Q**uarto quidam se excusant p fina  
lem utilitatē. et tales inueniunt nō nulli p̄do  
nes. raptoreſ et miuſti p̄quisitioſ q̄ auferūt  
a diuitib⁹ bona sua sine p̄sciētia colligunt et  
recondunt. et elemosynas dare p̄tendunt. vel  
illi qui inimicis vt iudeis vel gētilib⁹ bona  
sua auferunt. et causam finalē elemosynā p̄sti  
tuunt. **C**ōtra quos dicit **H**ugo. d̄ sanc. victor.  
**T**antū peccat qui rapinā infert iudeo quātū  
si cuilib⁹ xpiano. **E**t **J**ustinian⁹ i digesto ve  
teri. **N**ō excusabif q̄s a delicto l̄z rapiat a ma  
ligno. **E**t s̄bdit. **H**ic ut. n. quis peccat si rapit  
substantiaꝝ paupiſ. sic et peccat si quis absti  
lerit quod fuerit peccatoris. hec ille. **H**unt eti  
am diuersi qui diuersas in peccatis excusatō-

nes inueniunt. vt cum p̄ctōres existant. se ta  
mē ptra deum a p̄ctis defendūt. **D**e quib⁹ di  
cit Grego. xxij. moral. Usitatu generis hūa  
ni virtū ē libido. p̄ctū p̄mittere. pmissū nega  
do abscondere. et conuictū defendēdo excus a  
re. **H**z dicit Holcot lecti. clxxvj. q̄ tria sunt q̄ **L**  
reddunt homines p̄ctōres inexcusabiles et pe  
na dignos ostēdunt. et p consequēs a cena ce  
lesti excludūt. vicz magnitudo scie i peccante  
similitudo culpe i iudicante. et ineptitudo cau  
se in allegante. **P**rimo ḡ reddit hoiez inexcu  
sabilē magnitudo scie in peccāte. quāto. n. ali  
quis maiorē et clariorē d̄ deo hēt noticiā. tāto  
magis peccat ceteris paribus. **E**t iō de phis  
dicit apls **R**om. i. q̄ inuisibilia dei eis p scri  
pturas innotuerūt. et tamē i suis cogitationib⁹  
euauerūt. et obscuratū ē insipies cor eoꝝ in  
tantū vt idola colerēt. nec sup hoc i aliquo ex  
cusant q̄s d̄ deo nullā noticia habuissēt. q̄ in  
uisibilia dei p ea q̄ facta sūt itellecta p̄spicūt.  
sempīna quoq; virtus et diuinitas ita vt nec  
sūt excusabiles. **Q**uid autē d̄ xpianis q̄ nunc d̄  
deo clariorē habēt noticiā ex p̄dicationib⁹  
quas quotidie audiunt. et tamē ad deū veni  
renegligunt. sic excusationes p̄tendunt. **H**ed  
d̄ ipsis dicit salvator **J**ob. xv. **H**inō venissē et  
locutus eis fuissē. s. p me et p̄dicatores meos.  
p̄ctū nō haberēt. nūc autē excusationē nō h̄nt  
d̄ p̄ctō suo. **H**ecdo reddit hoiem culpabilē silen  
tio culpe i iudicāte. qm̄ aliq̄s iudex dephēn  
dit i criminē p quo solet alios punire. nullam  
p̄t excusationē p̄tendere. sicut patz de falsis  
iudicibus q̄ volebant condēnare **H**usannam  
**H**an. xij. **J**ō signant dicit apls ad **R**om. ii.  
**I**nexcusabilis es o hō om̄s q̄ iudicas. i quo  
em̄ iudicas alterum teipm condēnas. **T**ertio  
reddit hoiem inexcusabilē ineptitudo cause i  
allegante. quādo. n. cā allegata manifeste nul  
la ē vel conficta p mēdaciū. nō ē excusatio sed  
aggravatio ad p̄cedēs delictū. **E**xempluz de  
istis hic inuitatis ad cenā. q; qui falsas fictas  
et excusationes p̄tēdebāt a cena fuerūt repro  
bati et exclusi et alij eorū loco vocati sūt. et iō  
t̄ tales excusationes malicioſas petit p̄s. cxl.  
**N**ō declines cor meū i v̄ba malicie ad excusā  
das excusationes i p̄ctis. **E**t iste sūt excusationes  
i genere. **H**unt et alie excusationes i specie qui  
bus se homies q̄ vocant tripl̄r excusāt. **H**up  
bi se excusant ppter sublimitatem dñationis.  
**L**u xuriosi ppter voluptatē carnalis voluptatis  
et delectationis. **E**t isti tres figurant p illos  
quos enumerat hic euāgelista. **Q**uoꝝ p̄m̄di  
xit. **V**illa emi. et necesse habeo exire et vidē il  
lam. rogo te habe me excusāt. **I**ste significat  
supbos q̄ p ambitionē freni domini amittunt  
gliaz celestī regni. **I**ste in sua excusatione bñ

v̄pusim⁹ excusatōz ḡndit

## Dñica secunda post Trini.

fatuū fuisse se fateſ. qz prius villā ſe dicit emiſſe qz vidiffe. faciliter.n. qlibet fallit qn illud emit quod ab eo abscondit. Et certe ſi hō vi-deret et pſideraret quid eſt de dignitate domi-nij ſecularis illud nō emeret vel raro. Primo em ſi videret illius ſollicitudinē. d q dicit In-noč. papa de vili. hu. 2di. lib. ii. c. xxvii. Sed eſtovit ſublimeſ quiſ in altū. puehā ad ſum-mū. ſtatiſ cure ſuccreſcūt. ſollicitudines cu-mulanſ. extēdunſ ſciunia. vigilię pducūt. ex qbus natura corrumpit. ſpūs infirmaſ. de-ſtruif ſomnus. amittit appetitus. debilitatur corpus. xtus attenuat. et ſic ipſe i ſeipſo defi-ciens nō dimidiat dies ſuos. ſed miſerabilē vi-tam miſerabiliori fine concludit. Hoc ſi con-ſideraret ſublimitatē dñationis ſtatiſ inueni-ret mentis elationē. de qua idē dicit Inno. li. vbi. ſ. c. xxix. Statim ut ſupbus pmoſtis eſt ad ſupbiā extollit in iactantia et effrenat. nec curat pdeſſe ſed glatiatur pſeſe. preſumit ſe me-liorem qui cernit ſe ſupiorem. et ſubdit. Viſu extollit. ceruicē erigit. fastuſ oſtendit. graui-la loquitur. ſublimia meditatur. ſubeffe non pa-titur. pſeſe molit. Tertio ſi videret ipſius bre uitatē. Quia Eccl. x. dī. q omis potētar bre-uſ vita. Quarto ſi videret caſuſ grauitatez. quia quanto graduſ altior tanto caſuſ graui-or. Cecidit petrus ſ de inſimo ideo ſtatiſ reſur-rexit. Cecidit Hauid ſ de plano. qz ſe in altuſ nō extulit. iuxta illud pſ. cx. Hinc nō ē exal-tatū cor meū. Cecidit Adā de alto qz de padi-ſo. ideo cū diſſicultate ſurrexit. Cecidit Luci-fer. ſ. d celo altiſſimo. ideo nunqz ſurrexit. nec ſurgere poſteſt. Secundus ſe excuſando dixit Iuga bouz emi quinqz et eo pbare ea. rogo te habe me excuſatū. et hic figurat auaros. qui i-his ſe tm occupant que pciunt quinqz ſenſibus. que intelligunt p quicqz iuga boū. Quia ſm Augl. cuiuſlibet ſenſuſ instrumenta com-binant. Huius. n. ſunt oculi. due aures. due na-reſ. duo instrumenta gulfus. lingua et palatū. due manus. in quibus precipue patet tactus. Sicut ergo boues circa terrā verſant. ſic ſenſuſ auari continue circa terrena delectantur. eius oculi videndo maſſa auri magis delecta-tur qz videndo in ecclie corporuſ xp̄i. in aure etiā auari dulcioz ē auri narratio qz verbi dei pdcatio. Ideo dī Ambro. et ponif dī. xlviij. c. ſicut hi. Dens auari ſemel vinculis cupi-ditatis aſtricta ſemp aurum. ſemp argento-videt. ſemp redditus cōputat. et gratius auz qz ſolem intueſt. Et ſimiliter oſtendit ſe eſſe fa-tuū in excuſione. quia prius debuit iuga p/baſſe boum qz emiſſe. Nā qui piciula qz ex au-aricia eueniunt videret vel pbaret nō vtqz eā ita ſtudioſe amaret. Ubi nota aliqua ſunt pi-cula et mala que facit cuiuſlibet auaro ipsa iniq-

auaricia. Primo qz inquinat amatores ſuos. ppter quod compatur luto. Abachuc. ii. Us. qz quo aggrauat contra ſe denſum lutum. Et Eccl. xi. Si diues fueris non eris immunis a peccato. Et Drouer. xxvii. Qui festinat di-tari non erit innocens. Idqz periculu qz obliuionē dei inducit. Quia dī H̄en. xlviij. Ezra im et Q̄anasses dicunt ſuifle germani. Ezra im interpretatur fructificans. p quē intelliguntur diuitie. Et Q̄anasses interpretatur obliuio. quia abundantia diuitiarū et dei obliuio ſocietate habent ad inuicē. Tertium piculuz qz poſſeſſores ſuos ſpoliat. quia cor homi non relinquit. Ubi. n. theſauruſ tuuſ ibi et cor tu-um Q̄atheti. vij. Multa enim pericula mala ponit Innoč. papa. iii. de vili. hu. 2di. li. ii. c. ix. qz mltos inqz ſeduxit cupiditas. qz plures pdiſit auaricia. Halaa aſella redarguit. et pe-de ſedētis attriuit. qz captus cupiditate pmiſſoꝝ diſpoſuit maledicere iſraeli. Achor popu-lus lapidauit qz tulit auꝝ et argenti d anathe-mate hiericho. Naboth in lemp̄ eſt achab vineaz obtineret. Hiezi lepra pfudit. qz rece-pit argenti et uestes ſub noie Helifei. Judas ſe ſuſpedit. qz p argēto xp̄m tradidit. Anani-am et zaphyra ſubitanea moſ extinxit. qz de-pcio agri defraudauerat aplm. Si viſ videre has hystorias. vide eas i locis ſuis. Prima d Halaa ponit Hume. xxij. Secda d achor po-nit Iſoue. vij. Tertia ponit. iii. Reg. xxij. de Iſabel. Quarta d Hiezi habef. iii. Reg. v. Quinta de Iuda. Bath. xxvij. Sexta d ana-nia ponit Actu. v. Tertiū qui excuſando ſe dixit vroze duxiſſe. et ideo nō poſſum veni-re luxuriosos designat qz excuſant ſe ppter voluptatē carnalis delectatōis. Per vroze vo-intelligif voluptas carnalis. nō. n. coniugati p coniugiu excludunt a cena. licet aliqualiter retardātur. quia dī d ſum. trini. et fide cathe-c. firmiter. Nō ſolū aut virgines et continētes verumetia coniugati p fidē rectam et opatio-nē bonā placētes deo ad eternā mereātur. be-atiſtudinē puenire. Idcirco ille dī vroze du-xiſſe qz cum affectione tradidit ſe voluptati in qua viuere pponit. et talis ad cenaz celeſte ve-nire non pōt. nec debet esse dignus. Primo. n. nō poſteſt. qz pedibus alligatus eſt p delecta-tionē que dī mulier. Eccl. vij. Inueni mulie-re morte amarioz qz laqus venatoruſ eſt. In-cuſus ſignū Hamſon. Iudic. xvij. in ſinu Da-lile fortissime ligatus eſt funibus philistino-rū. Sic qz in voluptate quiescit fortis funibus pctōꝝ pſtingit. vt dicere poſſit cū pſ. cxviii. Funes pctōrum circuplexi ſūt me. Secundo venire nō debet. qz fetidus eſt. Jobel. j. Com-putruerunt iumēta in ſtercore ſuo. Hup quo dicit Grego. Iumēta i ſtercore putrefare eſt

## Sermo

paupera exim. antea. voleto hagiis.

## XXXVII

hoies in fetore luxurie vitam finire. Tertio venire non est dignus. qz sordida ueste induitus est. Siem indignus fuit stare in nuptijs qz non habuit uestem nuptiale. Math. xxii. Ultimi- nus est indignus qz habet ueste vituperabilez. hi sunt qz se excusant a cena celesti et qz tot sunt iō pauci veniūt. Iz multi sunt vocati. Iō legimus Num. xxxi. Qd sedecim milibz aiabuz hoim non cesserunt i pte dñi. nisi. xxxii. aie. Restat nūc videre que sunt excusantij punitiones. et sunt tres. Prima est segregatio a portio btoz. Et hanc ponit dñs in fine euāgelij dicens. Vico vobis qz nemo viroz illoz qz vocati sunt gustabut cena meā. Secunda est subsannatio pctoz qz i iudicio deus et angeli et hoies et demones sub- sannabut et deridebunt fatuos pctores. qz di- uinas vocatoes neglexerunt. iuxta illud puer. I. Vocau et renuistis tē. Et infra. Et ego qz i interitu vestro ridebo et subsannabo vos cū vobis qz timebatis euenerit. Tertia est cruci- atio ppetua tormento. Esa. vi. Eligam illu- siones eoz et qz timebant adducā eis qz vocau et non erat qz r̄nderet. Non sic de bonis et iustis qz deū vocantē audiūt. Audiunt inquā p obedi- entiam pceptoz obseruantia. hi in cena po- nenſ lucentes sicut stelle in ppetuas eternita- tes. Baruch. iii. Stelle vocate sunt et dixerunt ecce assumus. et luxerunt ei in iocunditate qui fecit illas.

Vñica scda p festū sc̄tē Trini. Sermo. ii.

**Xorē duxit et iō**

non possū venire Lu. xiiiij. Experiē- tia qz est rerū magistra sepe oñdit qz mus qn̄ itrat p̄optuariū macilēt ibiqz inueit lardū carnes v̄l caseū et hmōi comedit et impig- uaf. cūqz dñs venit querens murem vult fu- gere p̄ foramen artū p qd intravit sed p ping- uodine nō p̄t extire. siccqz capif et necat. Oho- raliter. per mures h ad p̄ns intelligunt hoies qz sic mus ab humo d̄r eo qz ex hūore terrena scatur. Nā humus terra d̄r. Hic etiā hō ab hu- mo est dictus. eo qz de limo terre est formatus Gen. ii. Ideo d̄r de hoibus Eccl. iij. Peter- ra facta sunt et in terrā pariter reuertenſ. Et qz sunt de terra que est vilissimum et infimū elemen- tum. iō ridiculous est qz querunt dñnum terre nū. Hic ut de quo d̄r in hodierno euāgelio qui villā dñij mūdanī chare emit ppter quod detalibz dicit Boe. lib. ii. de ps. phi. psa. vij. Que est ista expetibilis. i. valde desiderabilis v̄ra ac p̄clara. i. nobilis potētia. q. d. nulla. nō ne alia terrena p̄sideratis quibz p̄sidere v̄d amini. si em̄ inter mures videres vñ aliquę sūsibi atqz p̄tatem p̄ ceteris vendicantem. i. v̄surpantem sup̄ alios mures. qzto mouereris cachinno. i. risu qz derisibile esset. et talis pote-

stas terrena. s. derisibilis que non extendit se nisi ad corpus. Quid v̄o si tu corpus spectes hominis est ibecilliū. i. obilius in hōse. q. d. nil. quos. s. hoies muscularz sepeqz morbus i se creta. i. in interiora hoies queqz reptantium. i. serpentū necat introit. In qz declarat qz hō ē mure debilior. imo paruissimo mure qz muscu- lus ē diminutiū a mure. Iste qdē hō ad istar muris macillent et nudus intrat in p̄ptuariū hō mūdi. Juxta illud Job. i. Nudus ingressus in hūc mūdū et nudus reuertar illuc. Cui alludit apls. i. Thi. vij. Nihil intulim⁹ in hūc mūdū. haud. i. nō dubiū qz nec auferre qd possumus. nā quo ad corpus nudi et macilenti in mūdū intramus qd notū est. H̄ilr qz ad animā qz aia in p̄ncipio sue creatiōis est tanqz tabula rasa in qz nihil ē depictū. vt di. phs. Cū in hūc mōm hō intrauerit iuuenit carnē. i. carnalem voluptatē qz se tm̄ impinguat atqz replet qz ad deū. vñ qz ad aiam venit puenire nō p̄t. iō di. Aristo. de pomo et morte. Ne aie peccatri- cī qn̄ hō posse redeudi ad locū suū vñ itrauit qz turpia opa et delectatoes corporis impediūt eius ascenlum. Hic p̄z de isto qz hō duxit vxorē carnalē voluptatē qz nō potuit venire ad cenā celestē vt patuit ex verbis suis vxorē duxi. et iō nō possum venire. In quibus duo fac p̄nci paliter. p̄mo gloriaf de carnali voluptate. ibi. vxorē duxi. sc̄do sepatur a celesti hereditate. ibi. nō possum venire. Ubi nota qz tū suffic ad p̄positū vxor ducif trib⁹ modis. vicz actu for- nicario. dānato adulterio. et licito m̄rimonio aut cōiugio. Idromo qz ducif vxor in actu for- nicario. cū vicz solut⁹ cū soluta carnalis se con- iungit. et hō ptingit vel p̄ficiſ ex tribus cauf v̄l circūstantijs vicz ex locali amenitate et soci- li cōmunitate. et ex dissoluta iocunditate. Idri- mū p̄z H̄ap. ii. qz loci amenitas fuit quibusdā cā luxurie cū dicebant nullū pratū sit qd nō p̄ transeat luxuria nostra. q. di. nullus locus de- lectabilis sit et amenus in quo nō luxuriemur vt amenitas cōferat delectationē vt dicit Ro- bertus Holc. lec. xxij. Ideo dicit metrista. Hi- venerem vitare vellis loca tpa vita. Nam loc⁹ et tps pabula prebent ei. Sc̄dm patet qz si ali quis est socialis feminis et continuus de faci- lilitatibz in peccata fornicatiōis. sicut ponit exē- plū beatus Greg. iij. dial. de Andrea fothna- ne ciuitatis epo. qz vñā plena virtutibus du- ceret se seqz sub sacerdotali custodia in arto cō- tinentie custodiret. Sed qm̄ sanctimonialem feminam cōfisus de sua cōtinentia secuz pmi- sit habitare. antiquus hostis hunc ad amorez illictuz hui⁹ feminine cepit instigare qz t nepha- da cepit cogitare. et nisi postea diuina miseri- cordia fuisse p̄ quendam iudeū premonit⁹ in peccatū nephandi libidinis corruisset. et ideo

Gg